

www.e-rara.ch

**Grammatica religiosa, quae pie docet declinare a malo, & facere bonum
amplecti perfectum in praesenti, & respuere imperfectum, ad
obtinendum futurum infinitum, cum participio salutis**

Abraham

Salisburgi, anno 1699

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-25261>

Sermo de obedientia.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

S E R M O

D E
Obedientia.

Custodi legem atque consilium, & erit vita anima tua.
Prov. 3. v. 22.

P A R S P R I M A.

1. **C**Um quondam duo pictores pro magno præmio certarent, quisnam illorum præstantius cælum depingere posset; quare ex his unus alterum superatus pinxit firmamentum, in eoque omnes stellarum distinctiones, planetarumque varietates, & id genus alia ab Astrologis notari solita. At alter Solem tantum in firmamento penicillo suo elaboravit. Sicque ventum ad Judicem, quisnam eorum jus lucratus, sciscitati sunt; Quibus Judex haud dubiè, ait ille, qui cælum cum planetis omnibus formavit. Quod audiens alter ait; quomodo? Nam ego eo ipso quod Solem tantum pinxerim, formavi omnia quæcunque in firmamento continentur, quod autem non appareant, ratio est, quia Sol suis nimium corruscantibus radiis ea sic regit, ut videri nequeant. Quamobrem hic præmium est lucratus. Enim verò omnes sic, ut loquitur Apostolus, currentes certant, sed unus accipit bravium. Quis est ille unus nisi obediens? Currit quidem castus, currit & humilis, currit & Christi Pauper, currunt & alii variis virtutibus insigniti; at omnibus præcurrit obediens, sic ut præ cæteris vitam animæ suæ comprehendat. Nam tamen si talis alias virtutes possidere non videretur, quia tamen præstat obedientiâ, quæ velut Sol in anima radiat, omnes haud dubiè implicite habere compertum est. Cum enim obedientia sit virtus, quâ exequimur jussa & præcepta tum divina tum humana, quia præcepta sunt, ideo verus obediens servans omnia majorum præcepta, perfacile cunctas obtinebit virtutes. Etenim virtutes ab omnium præceptorum diligenti observantia emanant, quapropter, qui promptè mandatis obedit, ut in omnigena virtute floreat necesse est. Qui enim obedit Christo dicenti: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, jam habebit humilitatem. Et sic de cæteris virtutibus videre est. Præterea etiam cum obedientia in abnegatione voluntatis propriæ fundetur, ideo hæc præstans non peccabit, saltem graviter; nequeunt enim simul stare talis abnegatio, & peccatum, quod non nisi ex voluntate propria ortum ducit. Hinc rectè ait Spiritus per os Salomonis: *Custodi legem atque consilium, & erit vita anima tua.*

2. Quamobrem rectè ad nostrum propositum S. P. Augustinus per hæc excurrit verba: Obedientia maxima est virtus, & ut sic dixerim, omnium origo

Prov. 3.
L. 1. Cõf.
adv. leg.
c. 14.

Mater-

Materque virtutum. Et Cassianus : Obedientia, inquit, inter cæteras virtutes primatum tenet : Quia juxta S. Gregorium, Sola illa est, quæ cæteras menti inserit, insertasque custodit. Valdè benè Episcopus ille ad S. Abrahamum Solitarium :
 12. Ecce, inquit, totum mundum reliquisti, & quæ in eo sunt, & vitam crucifixam
 L. ult. amplexus es, attamen cum hæc universa compleveris, agnosce te Obedien-
 moral. c. tiam, quæ cunctis virtutibus eminet, non habere. Senioris cujusdam au-
 12. rea sententiæ sunt : Obedientia salus est omnium fidelium ; Obedientia ge-
 In Vitis nitrix est omnium virtutum. Obedientia regni cælorum inventrix est. Obe-
 PP. l. 3. dientia cælos aperiens, & homines de terra elevans est. Obedientia cohabita-
 libell. 14. trix Angelorum est. Obedientia Sanctorum omnium cibus est, ex hac enim ab-
 n. 19. lactati sunt, & per hanc ad perfectionem venerunt. Et quidem per compen-
 Doct. 4. dium. S. Dorotheus de suo Dositheo memorat, quòd in una se Obedientia &
 abrenuntiatione voluntatis porissimùm exercuerit. Et consummatus in brevi à
 Ruffin. Seniore visus sit inter catervas Sanctorum. Optimè igitur S. Antonius ; Siquis cupit
 li. Vit. ad perfectionem velociter pervenire, non sibi ipsi fiat Magister, nec propriis vo-
 PP. c. 31. luntariis obediat, etiam si rectum esse videatur, quod velis ; sed secundùm manda-
 tû Salvatoris ante omnia abeneger semetipsum, & renuntiet propriis voluntatibus ;
 Quia & Salvator ipse dixit ; Ego veni, non ut faciam voluntatem meam, sed ejus qui
 misit me.

3. Joannes Climacus docet per obedientiam non modò velociter sed & faci-
 liler ad perfectionem veniri : ait enim ; Obedientia est consecutum dormiendo
 iter. Quod S. Bernardinus Senensis hæc similitudine probat : Sicut qui est in
 Tr. 3. de navi, comedendo, bibendo, & dormiendo progreditur, quia movetur alieno mo-
 Obed. tus sic verus obediens in Religione comedendo, bibendo & quiescens, & alia
 opera bona operando meretur. Non desunt etiam exempla ad hanc veritatem
 S. Do- stabiliendam. Quidam Senex cum fratres noctu psallerent, Angelum prodeuntem,
 roth. & calicem cum hostia portantem vidit, in quem intingens signabat frontem præ-
 Doct. II. sentium, imò & aliquorum absentium sedes, quia ex obedientia aberant, & licet
 somno vacarent, commune tamen cum aliis meritum reportabant. Alter obedienti-
 æ fructus est, quod hominem Deo charissimum efficiat, cum teste S. Thoma,
 S. Tho. nihil Deo sit gratius, quàm si propriam voluntatem quis propter ipsum relinquat ;
 2. 2. 9. Et meritò, si enim Abraham tantopere placuit Deo, qui voluit tantùm sacrificare
 186. 2. 5. Filium suum, & per hoc DEO obedire, quantò magis eidem placebit, qui actu non
 ad 5. alium, sed seipsum per veram Obedientiam immolârit. Quapropter non im-
 S. Do- meritò S. Dorotheus totum se in juventute Obedientiæ tradidit ; Qui hoc inde
 roth. emolumentum est consecutus, quod nullas sentiret afflictiones, & cum propterea
 Doct. 5. non parùm anxius esset, arbitrans hoc non esse signum bonum ; à Joanne Abbate
 auditus illos esse pacatissimos, jucundissimos, ac quietissimos, qui se Patrum Obe-
 dientiæ tradidissent.

4. Tertius Obedientiæ fructus est, quòd unum sit ex certioribus signis Præ-
 destina-

destinationis. Quia hæc sola via, sicut à voluntate propria est remotissima, ita nullis ambagibus aut erroribus est obnoxia. Hinc Christus Intrepidè dixit: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Unde & S. Joannes Climacus dixit; si quis conscientiam suam mundissimam in Patris spiritualis subjectione servavit, hic jam mortem ut somnum, imò verò ut vitam quotidie intrepidus expectat; certissimè sciens, obitu tempore sui ipsius non à se, sed à Patre rationè esse requirendam. Id quod ipse Patet æternus quondam S. Catharinæ revelavit dicens: Verus obediens non obligatur mihi reddere rationem de se, sed solummodo Prælati, cui subditus extitit. Obedientia est Clavis, quâ Christus cælum aperuit, quam in manu Vicarii sui reliquit. Hinc S. Bernardus dicere ausus est: Dignus ero, qui DEUM videam, si prius, quàm videam, obedisse inveniar: Securus videbo, ad quem meæ obedientiæ munus præcesserit. Sed & frater ejus Gerardus morti vicinus, cum in Spiritu raptus esset, post triduum ad se reversus dixit; bona est obedientia! Ad tribunal Christi sui, animas Sanctorum vidi, ipsumque mihi dicentem: Ecce locus tuus inter fratres tuos; nullus tui ordinis peribit, si Ordinem amaverit: Aut in morte purgabitur, aut in brevi post mortem. Nec minus memorabile est, quod alteri cupiam Religioso ex ordine S. Hieronymi evenisse scribitur, quod videlicet post visitationem à Sanctis, quos singulariter colebat, factam dixerit: Doleo me tam parùm in Religione laborasse, sed propter Passionem & Crucem Christi, & Religionis obedientiam, quam observavi, vado ad regnum Cælorum: & hoc mihi Dominus manifestavit ad consolationem & ædificationem Religiosorum, & ut tepidi ac negligentes vitam mutant. Quibus dictis paulò post ingenti gaudio repletus animam DEO reddidit. Porro ulterius quàm tuta per obedientiam via sit ad cælum, colligere possumus ex visione S. Gertrudi factâ: huic enim S. Virgini ostendebatur via animarum ad Cælum in similitudine asseris valde proclivis, qui difficulter poterat ascendere, unde ascendentes se juvabant ambabus manibus, & ex utraque parte erant demones impediens. Religiosorum obedientium tamen asser habebat ex utraque parte periticas, & præterea etiam Angeli in ascensu juvabant. Meritò ergo ait Salomon: *Vir obediens loquetur victoriam;* Id est triumphabit ac prosternet suos hostes regium hoc ad cælum iter volentes impedire.

5. Alius Obedientiæ fructus est, quòd sit efficacior ad consequendum aliquem effectum, quàm Sacrificia veteris Testamenti, secundum illud primi libri Regum: *Melior obedientia, quàm víctima;* Melior, inquam, quia est pinguisimum holocaustum, cum per illam totus homo in Sacrificium cedat. Est Sacrificium laudis & gratiarum actionis; juxta illud S. P. Augustini: Vis semper laudare DEUM, benè fac omnia (quod fit per perfectam obedientiam) & laudasti DEUM. Est Sacrificium propitiatorium seu pro peccatis, quia est efficacissimum medium ad peccatorum remissionem impetrandam. Est Sacrificium pacificum, quia miram habet virtutem ad varia dona à DEO impetranda. Est demum Sacrificium Eucharisticum, quia revocat in memoriam cruentum Sacrificium quo Christus seipsum

Matt. 17

Grad. 4.

Dial. c.

163.

Ser. 28. in

Cant.

In lib. de

Doct. 1

Bern.

Historia.

Petrus

de Vega

in hist.

sui Ord.

Historia.

Lib. 5. In-

fin. c. 24.

Prov. 21.

v. 28.

C. 15 v. 25

In Pl. 148.

Pl. 39.
v. 7.

Patri aeterno obtulit, dum obediens usque ad mortem crucis factus est; ut ad eum merito Christus per Davidem dixerit: Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulasti: Tunc dixi, ecce venio: In capite libri scriptum est de me, ut facerem Deum voluntatem tuam.

Ruffin.
In Vit.
PP. L. 2.
n. 141.
Historia

6. Demum non minimus etiam fructus obedientiae est, quod scilicet sit efficax medium ad dona supernaturalia augenda, nunc quidem gratiam, & olim in caelo gloriam uberiores conferendam. Hinc S. Pambo Abbas in extasi positus vidit quatuor Ordines ante Deum. Primus erat hominum infirmantium, & gratias agentium DEO. Secundus verò eorum, qui hospitalitatem sectantur, & in hoc stant & ministrant. Tertius illorum, qui solitudines incolunt, & ab omni hominum conspectu remoti Deo soli famulantur. Quartus denique illorum, qui propter Deum se obedientiae jugo & Patrum imperio subjecerunt. Erat ergo hic ordo alii tribus superior, qui obedientiam exhibebat, & utebatur torque aurea, & majorem gloriam praeter ceteris possidebat. Interroganti autem de causa responsum fuit, quia alii omnes aliquam requiem adimplendo, quamvis in bonis operibus, voluntates suas habebant; Obediens autem propriam voluntatem relinquens pendet in voluntate Patris jubentis, & ideò majorem praeter ceteris gloriam est sortitus. Hinc rectè docet Rußbrochius, quòd obedientia tam eximia sit

Joannes
l. de Virt.
c. 13.
Rodr. p.
3. tit. 5.
c. 1.

virtus, ut vel minimum opus ejus imperio factum multò melius Deo que acceptius sit, alio quolibet magno opere sine ipso perpetrato. Undè S. Dortheus, de quo jam superius dictum, cum ob delicatam indolem graves poenitentias suscipere non posset, coronam S. Antonio parem per quinque annorum exactam obedientiam promeruit. Sed & ipse Deus quondam voce de caelo lapsa testatus est, Monasterium, quae ommissa propter obedientiam communionem in culina ministraverat,

Historia

plus meriti acquisivisse, quàm quae communicasset. Rogerius Monachus quoque jam jam moriturus Arsenium Abbatem sic allocutus est: Quae so te Pater, ex obedientia memori jube, ut etiam moriendo merear, siquidem 60. jam anni sunt, quibus hanc gratiam à DEO peti, nè Patris mei injussu morerer? Ergò, ait Arsenius; Morere, mi frater, quo dicto statim mortuus est, & eadem nocte se spectandum Arsenio praebuit, dixitque mortem sic obitam pluris à Christo aestimatum esse, quàm nullam totius vitae actionem. Hunc Monachum quia secutus Religiosissimus Frater noster Josephus à S. P. Augustino Clericus in obedientia, meruit etiam cum illo ex obedientia mori, cum enim suae mortis diem praeficeret, à Venerabili P. Marco Priore suo moriendi veniam, benedictionemque humiliter expetit, eaque recepta devotissimi nè expiravit. Hunc pluries à morte gloriose visus, & inter Psallentium chorus auditus est. Nonne enim chare frater talis mors, & consequens caeleste gaudium etiam tibi arrideret? Quare non pigeat te similes sequi in obedientia, si cupis cum eis habere consortium in gloria.

PARS SECUNDA.

7. Ex his, quæ hæcenus differuimus, facile cognosci potest, quàm excellens sit obedientiæ Virtus; sic ut meritò quilibet Religiosus omnem navare operam deberet, quòd hanc consequatur. Nè verò in hoc pio negotio quis à recto virtutis tramite aberraret, scire debet, quidnam præcipuè ad perfectam obedientiam pertineat: Requiritur autem, ut Ascetæ passim docent, tria, videlicet, ut Obedientia sit cæca, prompta & fortis. Cæca debet esse, non quòd homo non videat, quid exequatur, quomodo enim alioqui ageret: aut quòd temerariè & cæco modo irruat in executionem sive honesta sive illicita sit (id enim longissimè abest ab eo, qui ex virtute & secundum rectæ rationis regulam operatur) sed quòd rationes præcepti, seu motiva quæ superiorem induxerunt ad præcipiendum, non perscrutetur, satisque ei sit, quidquid præcipiatur, dum illicitum esse constat. Undè S. Gregorius: Vera obedientia nec præpositorum intentionem discuit, nec præcepta discernit, quia qui omne vitæ suæ iudicium majori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur, operatur; nescit enim iudicare, quisquis perfecte didicit obedire. X

8. Præstantissimè in hoc se gessit S. Paulus simplex, qui jam sexagenarius senex ad S. Antonium venit, ut Monachus fieret; Porrò per triduum impransus & incarnatus expectavit sententiam & responsum. Tandem Antonius hoc ferreo proposito expugnatus, poteris, inquit, esse salvus, si habeas obedientiam, & quod à me audieris, facias. Faciam, ait Senecio, quæcunque jasseris. Quare S. Antonius talem vitæ asperæ agendæ rationem suscepit illis diebus, qualem quando erat in principio juventutis, ejus tamen imitatore in cunctis habuit suam simplicem Tyronem. Itaque ubi vir Sanctus vidit mentem Pauli nil moveri adversis, cœpit eum tentare circa obedientiam, præcepitque ei, quæ ratio & causa non posceret. Haurire namque eum aquam jussit ex puteo, & in terram toto die effundere; Contextas sportellas resolvere & retexere. Vestimentum dissuere & resuere, & iterum dissolvere: urnam mellis frangere, & mel effundere, effusumque concha colligere, ne sordes simul colligerentur, quod erat difficillimum. Quid multa? In pluribus hujusmodi Senex senem probavit, ut in nullo profus eorum, quæ etiam contra rationem videbantur, disceret contradicere. Sed quo fructu? Deus ob simplicem obedientiam Paulo imperium tantùm concessit in dæmones, quantum non dederat Antonio. Porrò si tale præmium meretur obedientia cæca in exilio, quale ergò non sperabit in Patria. X

9. Rursus obedientia cæca juxta Magni Basilii mentem in hoc modo apparet, si ad Superioris nutum non modò fugiamus in honesta, sed etiam laudabilia omit- tamus: tametsi enim temperantia & corporis mortificatio sint utilia; si tamen ex proprio arbitrio exerceamus, tanti non erunt, quanti merces est obedientia; quod colligitur ex revelatione S. Birgittæ facta, quara piissimus Blossius recenset his verbis: Audivit Birgitta Dominum JESUM etiam istud dicentem, qui magis cuperet jejunare, quàm comedere, & tamen propter obedientiam comedit, Instit. Mon. Ser. 2. Appen. 4. instit. spirit.

habebit mercedem, quam consequitur is, qui rectè jejunit. Similem quoque mercedem accipiet is, qui infirmus est, & manducat, & mallet tamen ad honorem meum jejunare. Hinc idem Author directis ad Novitium verbis ita fatur: Melius est fobriè & continenter ad gloriam DEI obedientiam manducare, quàm rigidam antiquorum Patrum abstinentiam ex propria voluntate sectari. Quidquid purè per obedientiam fit, quantumvis vile & abjectum esse videatur, DEUS magni facit, & eximiâ mercede remunerat. Et alibi DEO placere desiderantem sic affatur: Propriâ voluntate relicta humiliter prompteque obedi p:opter DEUM; melius est ex simplici obedientia urticas & zizania exsurpare, quàm ex propria voluntate sublimi rerum cœlestium contemplationi operam dare; Sacrificium enim DEO gratissimum est propriæ voluntatis abnegatio. Hujuscerei veritas non latebat Venerabilem nostrum Joannem à S. Guilhelmo, qui etsi tam austeram duxisset vitam, ut S. Guilelmum, & S. Nicolaum Tolentinatem in rigore superârît; nihilominus tamen postquam ad nostros Patres transiisset, ad Superiorum nutus cunctas suas mortificationes: ut cilicias, loricâs, disciplinas, ceterasque suas solitas extraordinarias mortificationes mox reliquit, & consuetis Discalceatorum austeritatibus contentus, communi vitæ se accomodavit. Quod verò hæcce obedientia DEO gratissima extiterit, ex eo liquet. Nam cum fortè ad solitas suas austeritates sine Superiorum licentia redire tentaretur, apparuit illi gloriosissima Angelorum Regina Puerum JESUM inter brachia tenens, quæ dixit illi: O Joannes non parum facies, si hoc tantum feceris, quæ communitas agit, & quæ tibi Superior præcipiet. Quem deindè in terra prostratum ac humiliatum benedixit. Quare deinceps nihil unquam abque Superioris licentia aggressus est.

10. Hinc ergò patet, quàm verum sit magis acceptum esse DEO etiam bona opera ex obedientia cæca relinquere, quàm sine hac ea peragere. Quod non obscure confirmat mortuus Andreas Assisinas, vir inter Capucinos admirabilis sanctitatis & austeritatis. Hic post septimum ab obitu diem nosocomii præfecto apprensus dixit, eousque se in purgatorio fuisse. Sciscitanti causam subjecit, quòd in rigore corporis suo potius sensui, quàm Superiorum paruiisset: Alius etiam è Societate JESU, cum Patre Jacobo Rhem in sordida veste & forma apparuiisset, & de causa, cur ad eò torqueretur, interrogatus esset; Respondit, se propter flagellationes sine facultate p:actas iis p:enis adjudicatum.

11. Hoc præterea mirum alicui videbitur, quòd cum aliàs ante & retrò pleni oculis esse debeamus, in sola obedientia cæcos nos esse oporteat. Sunt multi pseudofrateres, quibus cum à Superioribus aliquid præcipitur, intendunt oculos non in præceptum, sed præcipientem, hominem forsan vitiosum atque imperfectum, ac dicunt: *hic autem quid?* sed audiant quod sequitur, *Quid ad te? tu me sequere.* Alii de Superioribus submurmurant, quasi nimium gravia onera aliis imponant, quæ ipsi nec digito velint attingere. Quibus idem Dominus respondet: *Super cathedram Moysi sederunt scribae & Pharisei; Omnia ergò quacunque dixerint vobis servate & facite; secundum opera verò illorum nolite fa-*

Blosius
in brevi
reg. tyro
spir. s. 2
num. 3.
In Sacer
dotina. §. 1.
n. 7.

In Vita
suis.

Bover.
annal.
Capuc.
1547.

Annus
in agost.
1618.

Joan. 22.

Matt. 23.

lite fa-

hinc facere. Quid aliud per hæc verba Christus nobis intimare voluit, nisi obedientiam etiam malis Superioribus præstandam? qui hoc negligit, nulla ratione DEO placere potest, cum non tantum Superiorem sed magis DEUM contemnat. Quapropter quò Prælatus est dementior & pejor, eò aliquis debet esse patientior & obedientior. Quò barbitonsor est hebetior, eò qui tondetur debet sedere immobilius & quietius, eiq; magis esse subjectus & obediens, nisi velit novacula lædi. Quò minori Prælatus præditus est ratione, eò subditus debet esse quietior & subjectior, ne illum fama & honore damnificet, quæ doctrina est D. Petri: *Servi subditi estote in omni timore Domini, non tantum bonis & modestis, sed etiam Discolis.* Si non esset obediendum nisi bonis, Ecclesiæ jurisdictio res esset incerta, cum nesciamus, quis sit bonus aut malus, sicque nesciremus, cui obediendum esset, aut quis esset Prælatus, hinc oriretur confusio Babylonica. Si mōs gerendus non esset malo, Ecclesiæ jurisdictio nullam haberet stabilitatem, quia qui nunc est bonus, post horam potest esse malus. Turpis pictor pulcherrimam potest pingere figuram, quæ propter pictoris turpitudinem nihil perdit de sua æstimatione; pariter prælatus malus potest præcipere bona, quoniam licet sit malus, loco DEI est, à quo omnis potestas, & qui resistit potestati, resistit ordinationi divinæ. Quò Prælatus est insolentior, & jungit asperiora, eò magis oportet ei obedire, ut per rigidam obedientiam transeuntes, magis ab animæ nostræ maculis emundemur.

12. Porro ut hæc faciamus, non tantum voluit Christus docere verbis, sed ad id etiam exemplo suo nos provocare. Hinc non duntaxat summis Sacerdotibus & iudicibus iniquis obedientiam exhibuit, sed planè hanc præstare voluit suis Crucifixoribus; nam quemadmodum annotat S. Vincentius Ferrerius, quando hi crudeliores dixerunt ei; *exspoliare, statim obediit.* O si ita DEI Filius nedum Superioribus, sed vilissimis quoque abjectissimisque humilis obedivit, qualem ergò suis Superioribus licet malis inobediens excusationem afferet! præsertim cum Christus nullâ necessitate compulsus ita obedientiam præstiterit, sed solummodo ex charitate, ut nobis veram ad cælum semitam per obedientiam monstraret. Audiat quis hæc de re mellissimum Bernardum, qui in sermone quodam sic discurret: Christus, factus est Patri obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis: quâ necessitate? Respondeat Apostolus Petrus, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus; id est, ut imitemini obedientiam ejus: Ex his ergò quæ passus est, discimus, quanta nos, qui puri homines sumus, oporteat pro obedientia perpeti, pro qua is, qui DEUS erat, non dubitaverit mori; hæctenus gloriosus Doctor: At ut suavius hæc præstemus, non debemus Superiores nostros considerare ut homines fragilitatibus & imperfectionibus humanis obnoxios, sed ut DEI & Christi Vicarios; quemadmodum S. Bernardus sequentibus verbis monet: Obedientia, quæ exhibetur Majoribus, DEO exhibetur, ipse enim dixit, qui vos audit, me audit. Undè quidquid vice DEI præcipit homo, quod non sit certum displicere DEO, haud aliter accipiendum est, quàm si præciperet

I. Pet. 2.

Rom. 13.

Ser. 3. de
Epiph.]Degrad.
humil.L. 1. de
Disp. &
Præl.

Deus, quid enim interest, utrum ipse per se, aut per suos ministros, sive homines, sive Angelos hominibus patefaciat suum beneplacitum. Hæc Bern.

13. Sed dicit fortassis aliquis, quomodo cognoscam voluntatem Dei, ut hæc aut illa iussa exequar, cum superior id præcipiens peccet? cui respondeo; quod hoc argumentum sit periculosissimum; peccat enim talis in Iudicio temeratio, quo nedum peccata dubia, sed etiam aperta taxari & judicari prohibentur. Secundo: Etsi superior verè coram Deo hæc aut illa imperando delinqueret, tenebitur tamen subditus præcipienti obedire, dummodo res præcepta sit honesta, quia tunc Deus utitur illo superiore velut instrumento ad manifestandam suam voluntatem, quod frequentissimè divina Sapientia facitare solet. Hinc non immeritò Sapientissima Virgo Maria Imperatori Augusto Idololatriæ cultui detestissimo obtemperare voluit nullam prætendens excusationem; potuisset enim haud dubiè sic secum discurrere, hyems instat & tempestas perfrigida, si in Bethlehem proficiscar, magno periculo exponam corporis sanitatem in tam prolixo itinere, ergò præceptum Caesaris me non obligat, præsertim cum sim prægnans & Vicina partui. Nihil simile obedientissima Virgo. Etsi præterea probè norât hanc orbis conscriptionem ortum ducere à Superbia & Ambitione Augusti, voluit tamen ei etsi rem injustè non tamen injustam præcipienti morem gerere, sciens Deum Augusti superbiâ tanquam instrumento uti, quo decretum suum, circa hanc mundi conscriptionem, ab æterno factam, impleretur, & Filius suus in Bethlehem nasceretur. Hinc Beata Virgo oculos suos non in præcipientem, sed in rem præceptam convertit. Omnibus Christianis, apprimè vero Religiosis præclarum imitationis exemplum relinquens.

14. Aliud non leve, quo superioribus etiam minùs bonis & perfectis cæcæ semper obedientiam exhibeamus, motivum est; firmiter credere, eum Superiorem, quem, quis habet, à Deo ipsi prædestinatum esse, & quidquid ipse præceperit, Dei præceptum esse: sic enim perindè, ut ad credenda, quæ fides Catholica proponit, toto animo, assensuque nostro statim incumbimus, sic ad ea facienda, quæcunque superior dixerit, cæco quodam impetu voluntatis parendi cupidæ, sine ulla disquisitione feremur, quemadmodum S. Abraham Filium immolaturus fecisse credendus est.

In dictis
PP. c. 8.

Quod etiam pius quidam Pater apud Blosium his valdè benè notandis verbis suasit. Certò tibi persuade, ipsum Dominum Deum tuum suâ æternâ Sapientiâ ac bonitate illos prælatos, quos habes in eo, quem aggressus es, statù tibi prædestinasse, & providisse, ac per eos potiùs, quàm per alios suam gratiam tibi præstare velle. Quod verò hoc non sit vanum commentum, docemur ab ipsomet Christo, si s.

Rodr. p.

3. 11. 5.
c. 5.

dem S. Gertrudi adhibemus; eam enim hæc S. Virgo de Antistiti suæ asperitate conquesta esse apud Deum, desistere iussa est, eo quod sibi & Antistiti maximè confuleretur. Eidem pro defectu cujusdam personæ oranti dixit, apparens Deus: Ego ex abundantia pietatis, dulcedinis & dilectionis meæ Divinæ, quâ Congregationem hanc elegi, permitto in hæc aliquos defectus etiam illis, qui præsent, ut

indè

indè meritum Congregationis augeatur. Nam multò majoris virtutis eſt ſubjici ei, cujus defectus cognoſcitur, quàm alteri, cujus opera per omnia probata videntur. Ego ſino, Superiores habere aliquos defectus, & ex diverſitate curarum quandoque maculari, ut magis humilientur. Subditorum meritum creſcit tam ex defectibus, quàm profectibus earum, quæ præſunt, & ſimiliter meritum illarum, quæ benè præſunt, creſcit tam ex profectibus, quàm ex defectibus ſubditorum.

15. Nota mi chare frater hæc diligenter, ac comperies quantum hinc emolumentum capies; etenim ſpiritali gaudio ſemper incedes, pacatum ac ſerenum poſſidebis animum, & quod maximum eſt, Deo chariſſimus eris. Nam indè, ſi bonus ac virtuoſus erit Superior, lætaberis de omnium profectu, ſi verò malus & indiſcretus, non contriſtaberis ſpe fretus per huac ſpecialiter tibi à Deo majores gratias, & conſequenter uberiorem obedientiæ coronam in cælo præparari. Porò ut magis in hac cæca obedientia te regulare valeas, revide hiftoriam fol. 126. n. 19. ſpecificatam, cui adijunge illud, quod memorat S. Dorotheus de S. Baſilio, qui cum cœnobio ſua inviſeret, ex uno Superiore rogavit, num quem inter ſuos haberet, quem confideret ſalvandum? Reſpondente autem illo, ſperare ſe omnes ipſius orationibus ſalvos fore; rurfum idipſum interrogavit; nec ante deſtitit, quàm ille ex optimis meliorem ſibi offerret electam. Quem Pater Sanctiſſimas à ſimplici obedientia probare cupiens, imperavit ei, ut aquam ad abluendos pedes afferret. Abiit incunctanter; tulit, lavit; hinc eum vir Sanctus juſſit ſedere ac lavari pariter; paruit ille ſimpliciter, & à beatiffimo Epifcopo lavari ſe ſuſtinuit. Quo facto introduxit eum in Sanctuarium, & celebranti diſcipulo miniſtravit nulla in re diſſentiendi ad quodcunque mandatum. Undè eum poſtmodum ſibi ſocium ac perpetuum comitem aſſumpſit, ut qui præditus eſſet ſimplici ac cæca obedientia. Tene ergò, quæ de hac obedientiæ conditione memoravimus, ut ad ſubſequentis hujus virtutis requiſitum, gradum promovere valeat ulteriorem.

S. Do.
roth.

Doctr. 1.

P A R S T E R T I A.

16. Secunda conditio obedientiæ eſt, ut ſit prompta ad exſequendum, ut nec præceptum differat, nec tergiverſetur, neque excuſet, nec lenè & cum torpore ad opus æcedat. Undè S. Barnardus ait: Verus obediens mandatum non procraftinat, ſed parat aures auditui, linguam voci, manus operi, pedes itineri, & ſic ſe totum intra ſe colligit, ut mandatum peragat Imperantis. Præſtanter hoc fecit Marcus Monachus, qui cum indeò plùs cæteris ab Abbate Silvano diligenter, & hoc cæteri Patres agrè ferrent, utpote cauſam ignorantes, convenerunt S. Abbatem, rationem hujus ſpecialis dilectionis expiſcaturi, quos ille peramanter ſuſceptos per fratrum cellas circumduxit, ac ad eaſdem puſſans, inquilinos ad communem laborem evocavit, qui non mox, ſed interpoſitâ aliquâ morulâ comparuerunt; At quando ad cellam dilecti ſui Marci venit, tantum dixit: Marce,

Ser. de
Obedi.

Palla-
dius li-
bell. 14.
n. 5.

vix vocem Marcus auduit, mox relictis omnibus cucurrit feras dicens: Ecce Pater mi, praesto sum, quid boni jubes? Post injunctum opus Silvanus ad hospites conversus, ait: Ecce charissimi Patres distinctionem obedientiae, quam tardi fuerunt reliqui? Hinc absentis Marci cellam intravit, & invenit in charta litteram P. inceptam, nec tamen perfectam, unde ait: Videte Patres testimonium promptissimae obedientiae, quod scilicet ad vocem meam nec litteram perficere voluerit. Quod ut illi senes viderunt, inter se dixerunt; verè dignus est hic discipulus, ut speciali à suo Magistro dilectione haberetur. Cellarius S. Columbani à Beato Patre vocatus, relictò doño aperto cucurrit. S. Odo cum scriberet compendium vitae S. Martini, & pulsus inciperet ad vespertas, relictò libro aperto, perrexit cecius ad chorium. Approbavit DEUS utriusque promptum obsequium; nam ex aperto doño nec gutta effluxit cerevisiae, & absente Odone cum pluviae irriderent in cubiculum, cuncta praeter librum vastarunt.

Vit. S.
Colum.
c. 16. Vit.
S. Odon.
l. 3. c. 10.

In ejus
Vita.

Vit. B.
Joannis
l. 4. Vit.
PP. oc-
cid.

In ejus
Vita.

L. 6. Rev
c. III.

In ejus
Vita.

17. Sancti Simeonis spiritum, & inusitatum vivendi modum explorarunt Patres per promptitudinem obedientiae; si parùm cunctivus fuisset, de columna & proposito eum deturbassent: nunc verò quia iussus descendere, alacriter iter obedire voluit, approbata est intentio, iustusque perseverare. Simili modo S. Bernardus probavit B. Joannem de monte mirabili, quem cum audisset solis fahis, herbis, ac pane nigerimo famem domare, experiri voluit, utrum hæc tanta abstinentia ex DEO, an à proprio placito esset. Ergò ei coctum piscem misit, mandans in virtute S. Obedientiae, ut comederet. At beatus ille, ut erat ad obediendum promptissimus, non solum piscem, sed & ossa cum spinis ex toto comedit. Et cum omnes ex hoc ejus vitae timerent, ille nec dolorem sensit; adeò gratia DEI obsequentem servavit. Ex cujus sepulchro liquor instar lactis ad multorum medelam manavit. Secutus est hunc Beatum virum Venerabilis noster Joannes à S. Guilelmo in obedientia, qui, etsi semper jejunium rigidissimum observaret, & in quadragesima, ut alius temporibus manducare nollet, si quis tamen ei per obedientiam (ut saepè accidit) precipiebat, ut hoc cibo vesceretur, tanquam Superiori suo obediebat. Quod autem talis comestio DEO valde grata sit, docemur à Christo, qui ad S. Birgittam vice quadam dixit: Quid times: etiamsi decies comederes in die propter obedientiam, non tibi imputabitur in peccatum. Nam Virginitas meretur coronam, viduitas appropinquat DEO, sed Obedientia omnes introducit in cælum.

18. Enimverò quando Sancti Eremiticæ suorum discipulorum perfectionem agnoscere volebant, hanc apprinè per obedientiae opera explorare tentabant; inter quos erat Venerabilis ille Senecio ac Magister S. Joannis Damasceni, qui aliquando ejus virtutem exploraturus, iussit eum Damascum pergere, fiscellasque aliquot de palmis concinnatas ibidem vendere, illic emptores reperturum. Praescripserat autem ei certam fiscellarum pretium, quod erat duplo majus solito. Quid ad hæc Joannes? forsau suum Patrem de errore monuit, quod fiscellæ non tanto pretio ibidem venderentur, & per consequens gratis illuc pergeret; sed nequaquam;

Joannes

Joannes enim sine omni excusatione hæc mandata magnâ promptitudine & alacritate suscepit, sublatiſque in humeros fiſcellis ad urbem profectus, in forum ſe contulit, ſuaſque merces venales eodem loco propoſuit, ubi tantâ pompâ, tanto que agmine famulorum cinctus, antea imperarat. Emptores audito, propoſitarum mercium pretio, eum ridebant; & ſexcentis contumeliis, velut amentem, fu-riofumque onerabant. Sed inter hos eum ſervus ejus diligenter admiratus, agnovit herum olim ſuum, fiſcellasque omnes emit, reddito ei pretio quod flagitarat, quo ſic eum à contumeliis, quibus obruebatur, vindicaret. Sic igitur cum mandata Senis exhauſiſſet, & omnem vanæ gloriæ appetentiam, mundiſque exiſtimationem calcaſſet, ad monaſterium reverſus eſt.

19. Porro quibus comprehendat chariſmata divina, quibus S. Damascenus noſter ob hanc promptam obedientiam ſit à Deo impertitus? Conſideravit hæc dona ab obedientia emanare ſolita Angelicus Doctor Thomas Aquinas, qui, vel ideò nedum ſuis majoribus, ſed inſuper ſe multam inferioribus obedientiam præſtare voluit: Cum enim fortè Bononiënſi in cœnobio de ambularet, acceſſit eum hoſpes ejuſdem Ordinis Religioſus, qui fortè Thomam non noverat, eumque allocutus juſſit ſecum extemplò in urbem prodire, quod per Cœnobiarcham ſibi liceret quemcunque minus negotiis impeditum offendiſſet, ſibi comitem adſciſcere. Vir Sanctus nihil excuſavit, ſed è veſtigio manticam elemoſynis accipiendis aptam humeris injeçit, & cum prædicto Religioſo, ut comes exivit. Sed cum Thomas propter affectum pedem Religioſum nimis velociter ambulanti ſequi non poſſet, fuit ab illo publicè verbis objurgatus; videntes & audientes hæc ſæculares admonuerunt illum fratrem, ut attenderet, quid ageret, nec enim decere Thomam Aquinatem, adèd inclytæ eruditionis ac ſanctitatis virum tam malis ab eo modos haberi. Tunc enim verò Religioſus hoſpes ille errorem ſuum advertit, ſimulque viri Sancti ſubmiſſionem ſuſpexit. Itaque veſtigiiſ ejus advolutus erroris ſui veniam poſtulabat. At ille ſubridens; Neſcio, inquit, cujuſ tu peccati veniam flagites: ego namque religioſam profeſſus pauperiem volens, libens, manticam gero, religioſaque delector obedientiam, quâ ſeſe homini homo ſubjicit Dei cauſâ.

20. Quam grata Deo hæc obedientiæ promptitudo ſit, sæpè sæpiùſ illuſtribus declaravit prodigiis. Legitur in vita B. Jacobi Germani Fratris converſi Dominicanæ, quòd erat egregiùſ artifex imaginum in vitro pictarum, quibus ut colores inurerentur, eas ardenti clibano inferi oportebat. Itaque cum aliquando venuſtiſſimam imaginem ardenti clibano immiſiſſet, atque ad hanc concinnandam perpoliendamque præſenti ejus operâ opus eſſet, cœnobiarcha obedientiam illius exploraturus, juſſit eum mox acceptâ manticâ abire ſtipem mendicatum. Mox ille nihil oblocutus, nec operis incepti neceſſitatem cauſificatus obediit, & abiit juſſam ſtipem mendicatum. Quam cum collegiſſet, domumque attuliſſet, poſt multas horas imaginem ſuam reperit, adèd concinnam, perpolitam, ſuiſque lineis,

In Vita
ejus.

In ejus
Vita.

punctis que omnibus absolutam, nihil ut in ea posset desiderari. Sic & ille perfectissimæ obedientiæ specimen exhibuit, & Deus obedientiæ amator, quidquid artis imagini defuit, miraculo supplevit aded, ut ipse Jacobus nullam huic similem suâ potuerit arte formare. Ad hæc porro magis demonstranda non defunt etiam exempla domestica, ex quibus tantum hoc libabo. Religiosissimus Frater noster Alipius à S. Francisco Clericus, aded obedientiæ deditus erat, ut ex

Historia. obedientia digitum accendere non dubitavit. Cum enim ejus Magister Alipium jussisset accendere candelam, & hæc fortè deesset, mox imperavit ei, ut digitum accenderet. Quid faceret hic Alipius, obediret nê, & digitum cremaret, aut se modestè excusaret? At verus obediens omnis excusationis & tarditatis nesciens, protinus imperata Patris executurus digitum igni applicuit. O Res admiratione digna! Digitus enim ejus non fecus ac candelæ omnibus luxit. Hinc pro meritò Aves & pisces cunctis stupentibus obsequentes habuit.

Jo. Na-
dasi: in
anno
hebd.
cœl. ser.
4. hebd. 5
Historia
Blosius
instit.
spir. ap-
pend. 4.

21. Quanti etiam referat sanctissima quæque exercitia omittere ut Obedientia impleatur, docemur ab illis duobus Religiosis, qui cum in Cœna Domini eo ipso tempore, quo communicandum erat, ad Eleemosynam colligendam missi essent, ac redeuntes in Sacello ubi SS. Eucharistia asservabatur, suam infelicitatem, quod eo die Sacro epulo abstinere deberent, deplorarent, pulcherrimus Juvenis ex arca Eucharistica profiliit, seque JESUM esse asserens, utriusque corpus suum porrexit. S. Philippus Neri dicere erat solitus, quod, qui, ut obedientiam adimpleret, orationem, vel quodvis aliud opus spirituale, cui adstrictus est, intermittit, is Deum pro Deo relinquere censetur. Blosius auctoritatem Tauleri adducens, inquit: Si quis Dei munere ad tam altum Sanctitatis gradum pervenisset, ut Deum re ipsa semper visibiliter præsentem, secumque habitantem haberet, is, si ad aliquod opus obedientiæ evocaretur, humiliter Domino dicere deberet: Eja suavissime Deus, permitte me, obsecro hanc obedientiam tui amore perficere. Credite mihi, humilis ista propria voluntatis abnegatio in illo homine multò gratior Deo esset, quàm si ille idem tunc cum omnibus Beatis Spiritibus cœlum penetraret. Exemplum hujus rei sub-

Historia. jicio. Virgo quædam in Monasterio degens, & divino amore flagrans, cum aliquando immenso dilectissimi Sponsi sui Jesu desiderio teneretur, sic illum ex toto corde suo allocuta est: O unice Fili Dei, amabilis Redemptor animæ meæ, utinam vel ad momentum in hæc vita te cernere possem, ad quæ verba mox astitit ille Dominus Jesus in forma cujusdam pueruli. Contigit verò, ut una ex fororibus Congregationis januam devotæ illius Virginis pulsaret, eamque cum festinatione ad commune aliquod opus ex obedientia faciendum accerferet. Audiens Virgo Sancta jussionem obedientiæ, Puerulo Jesu ait: Eja dulcissime Domine mi Jesu Christe, pro explenda obedientiâ abeo: Tu interim me hic expecta, obsecro, si tibi placet, donec ad te redire liceat. His dictis è cella exiit, & quod facere jussa erat, animo voluntario hilarique vultu peregit, deinde magna cum celeri-

celeritate ad cellam reversa est, quam cum aperiret, mira quædam, & radiantissima lux oculis ejus se ingessit, adeo ut vix eam sustinere posset; Vidit igitur amantissimum Dominum suum in perfecta ætate, tanquam elegantissimum Juvenem viginti quatuor annorum astantem, unde ipsa maximo gaudio afflata, ita eum affatur. O Dilecte mi Jesu, quomodo tam grandis tantillo tempore factus es, qui tam pusillus apparebas, cum à te recederem? Cui pius & dulcissimus Jesus respondit: O Filia charissima profunda velocis atque impigræ obedientiæ tuæ humilitas me tam brevi tempore tam grandem effecit; semper ergo mei amore libenter obedi, si mihi continuè sine medio optas uniri; Post quæ verba Dominus disparuit.

22. Hinc ergo patet, quàm grata sit Deo virtus obedientiæ. Unde inferetur, quòd homo Religiosus efficaciter volens, quantum penes se esset, jejunare, si comedit ex obedientia etiam carnes, plùs merebitur, quàm sæcularis rectè ad Dei laudem jejunans. Imprimis enim talis Religiosus præmiabitur à Deo obpiam jejunandi voluntatem. Secundò ob propriæ voluntatis abnegationem, quâ relicto proprio arbitrio ex obedientia comedit. Et hoc docuit Beata Virgo S. Birgittam, quæ cum ob interruptas de mandato Prælati asperitates corporis mirum in modum tristiretur, apparuit B. Virgo, eique meritum obedientiæ aperuit; qui enim, dixit, efficacem voluntatem jejunii, aut pii operis habens, ob Prælati mandatum omittit, meritum ejusdem operis non perdit, sed adhuc meritum aliud obedientiæ conquirat. Ex his ergo mi chare Frater, satis abundeq; intelligis, quomodo te in omnibus oporteat promptè obedire. Sed adverte, quòd præventio præcepti, seu executio actûs, quia cognoscitur placere Superiori, etiamsi nondum præceptum promenti, præstantissimum obedientiæ exercitium contineat, sitque actus heroicus illius; Sicut enim, qui ante tempus condictum anticipat solutionem, elicit actum perfectæ justitiæ, ita qui præoccupat jussum; elicit verè actum obedientiæ, & quidem perfectissime. Servatis igitur memoratis vide de conditione tertia in parte sequenti.

Revel. S.
Birgit. l.
4. c. 26.

P A R S Q U A R T A.

23. Cum finis coronet opus, idcirco hæc prædicta ad perfectam obedientiam nondum sufficiunt, nisi adjungatur requisitum tertium, videlicet, ut obedientia sit fortis & constans, hoc est, ne quis propter rei difficultatem ab obediendo resiliat, exemplo Salvatoris & Redemptoris nostri, qui factus est obediens usque ad mortem, mortem autem in crucis, ut ait Apostolus. Sive, qui, ut loquitur S. Bernardus, ne perderet obedientiam, perdidit vitam. Hinc rectè Cõstit. monet S. Basilius, dicens: Oportet imprimis, ut is, qui se ad vitæ hujus rationem contulit, stabili, firmâ, immobilique voluntatis constantia sit, judicioque tali, ut à malignis Spiritibus neque concuti, neque loco pelli possit. Deinde animi firmitate tantâ, ut ad mortem usque constantiam Martyrum exhibeat, tum divi-

Cõstit.
c. 20.

*In regul.
brevior.* nis præceptis retinendis, tum obedientia erga Magistros suos conservanda: Hoc enim totius vitæ & instituti est caput, Et alibi idem S. Doctor ait: Verus Christi amator nil grave detrectat, sed potius quid appetit.

*In ejus
Vita Su-
rius.* 24. Excellenti in hac materia exemplo nobis præluxit S. Lambertus Episcopus, qui cum in exilium pulsus fuisset, ad Religiosum Stabulense cœnobium concessit. Exceptus est ab Abbate, cunctisque cœnobitis tanquam Vir sanctus; Hic itaque degens, dum quadam nocte communi cum reliquis dormitorio quiescisset, & maturius surrexisset, quod se diligentius & attentius preceationi daret, dum sese calcearet, alter calceorum fortè manibus ejus elapsus, edito strepitu reliquos cœnobitas adhuc sopitos excitavit. Quem simul Abbas audit, nil porro percontatus, dixit: Quisquis ille est, cujus culpenda temeritate istud modò accidit, pro nostra consuetudine mox se ad Crucem conferat, & quod negligentia admisit, obedientia expict. Erat nox perfrigida ac glacialis, attamen S. Episcopus Abbatis imperio satisfactorius, vestitus ut erat cilicio, nec alio amiculo assumpto, adiit Crucem, locum nempe pium, solitarium ac impluvium, atque hic sub dio duravit, donec reliqui cœnobitæ se strato levarent. Itaque totus frigore rigidus (nam sæviebat arce gelu) non nisi decantatis pro solenni precibus matutinis sese calefecit. Nam cum Abbas reliquos inter Monachos fortè Lambertum desiderasset, & percontatus ubinam esset, audissetque ipsissimum esse, quem jussisset adire crucem, ad eum festinus accurrit. Quem cum solo cilicio tectum, frigore rigidum, vultuque radiante splendidum cerneret, cum reliquis Monachis ejus vestigiis advolutus veniam flagitavit. In vicem Lambertus Abbatis modestia & venia petitione confusus oravit, ne similibus secum verbis uteretur, precatus ut suam sibi potius incuriam ignoscere dignaretur, quàm reliquorum somnum rupisset. Numquid hæc obedientia fortis, heroicaque.

*In Vit.
PP.
Historia.*

25. Non minus etiam memoratu dignum est, quod subjungo: Dicebant sancti Seniores de Discipulo Abbatis Pauli, nomine Joannes, quod haberet humilitatem & virtutem obedientia, & quod in difficillimis etiam causis Abbati suo absque omni contradictione alacriter obediret. Cum igitur necessarius esset in Monasterio pro utensilibus fimum bouum, misit eam Abbas in proximum vivum, ut quæreret ibi fimum desideratum, & cum celeritate afferret. Erat autem in illo loco leena. Porro Discipulus secundum Abbatis præceptum mox egressus est, cumque pergeret, ait Patri suo: Abba Pater, audiui quàm plurimos dicentes, quod in illo loco mala bestia sit. Cui Senex, quasi joculariter ait: Si venerit super te, tene & alliga eam, & adduc eam tecum. Sic instructus pervenit ad locum designatum, & ecce egressa est leena & irruit super eum; at ille eam comprehensam tenere voluit, sed leena excutens se de manibus tenentis aufugit, quam mox insequabatur, altumque clamitans dixit: Abbas meus præcepit mihi ut alligem te, & perducam ad eum. Ad quam vocem continuo stetit leena, & tenens eam, reversus est ad Monasterium. Cum autem tardaret in itinere, Abbas

bas nimis pro eo sollicitus, tristabatur graviter; & ecce subito supervenit discipulus ejus tenens ligatam bestiam. Quod cum conspexisset Senior, admiratus valde, gratias DEO reculit. Dixit autem Discipulus; Ecce Pater, sicut præcepisti, adduxi leenam ligatam. At Vir sanctus, ne propterea suus Discipulus altum fortassis saperet, increpavit eum, dicens: Sicut tu insensibilis es, ita & insensibiliter bestiam adduxisti, solve ergo eam, & protinus dimitte, ut vadat ad locum suum. An non hæc obedientia fortissima, utpote nec vitæ periculum timens?

26. Sed audiamus etiam aliqua de obedientia constanti. Erat in quodam Virginum Monasterio acervus lapidum: Volens autem Abbatisa tentare In ejus Vita. S. Euphrasiam, dixit ei: Veni Filia mea, istos lapides transporta hinc, & pone eos juxta clibanum. Euphrasia vero, etsi tam grandes essent lapides, ut multi vix à duabus Sororibus portarentur, rem illicò aggressa sine adjutorio ullius, lapides humeris impositos ad locum tulit. Nec dixit, adjuvet me alia Soror; nec dixit, grandes sunt lapides, non prævaleo; nec dixit, jejuna sum, & deficio, & opus hoc grande est. Sed cum fiducia jussionem per obedientiam adimplevit. Alia die venit iterum Abbatisa ad eam, & non decet, inquit, ut lapides hinc jaceant, reporta eos in locum pristinum. Fecit; nec semel; sed per viginti admodum dies. Numquid heroicè?

27. At generosius quid memorat Severus Sulpitius de quodam, qui abdicato sæculi fastu ad Abbatem Martinum Monachi habitu induendus advenit, rogans i. Dialog de Vita S. Martin. c. 13. Historia. Virum sanctum, ut se in Discipulum admitteret. Cumque prima ei Lex obedientiæ poneretur, ac perpetuum polliceretur ad omnia vel extrema patientiam, casu Abbas storacinam virgam jam pridem aridam manu gerebat, hanc solo fixit, atque illi advenæ id operis imposuit, ut tam diu virgulam aquâ irrigaret, donec lignum aridum in solo arente viresceret. Mox ille huic imperio humeros submitit, & quotidie à Nilo flumine per duo ferè milliaria aquam advehebat Virgam illâ humectaturus. Porro jam duo anni effluxerunt, nec etiam spes esse poterat de fructu, attamen ab incepto labore juvenis non cessavit. Tertio autem anno divinitus Virga floruit. Ego ipsam (ait Author) ex illa virgula arcusculam, quæ hodieque intra atrium Monasterii est, ramis virentibus vidi, quæ quasi in testimonium manens, quantum obedientia meruit, & quantum Fides possit, ostendit. Alius Monachus octo annis per tria milliaria jussus ingentis ponderis lapidem bis quotidie ad Monasterium deferebat; & toto illo tempore tam lætum & contentum fuisse dicebat, ac si rem omnium, quæ injungi poterunt, honorificentissimam fecisset. Intelligis ne mi chare Frater, quam olim Monachi in obedientia fortes, constantesque exstiterint; Si moderno tempore simile quidpiam Religiosis injungeretur, O quotquot reperirentur, qui præcipientem delirum ac mente captum dicerent! Quare mi chare, sequestra te ab his, & stude in omnibus, etiam quæ contra rationem videntur, obedientiam absque cunctatione

Vir PP.
l. de hu-
mil.

Joannes
Clim.
grad.4.

tionem, seu excusationem tuo Superiori deferre; ut hoc verò perseveranter valeas præstare, imitare Abbatem Nestorum, qui in ipso Religionis ingressu dicebat; Ego & asinus unum sumus. Quidquid ei imponitur, hoc portat. & sine mora.

28. Quia verò exempla veterum Monachorum exhortationes sunt nostræ, ideo adhuc unum superaddo. Ilidorus Vir apud Alexandriam primarius, relicto seculo, venerat ad Monasterium recipi postulans. Quem ut Abbas, esse hominem superbum, ac seculi dignitate tumentem ratus, conspiciens, ait: Si reverà tollere jugum Christi, Isidore, decrevisti, præ omnibus impero, ut te laboribus obedientiæ exerceas. Cui ille, sicut Fabro ferrum subjectum est, ita & ego Sanctæ Pater, me ipsum obedientiæ expono. Mox Abbas, volo; inquit, frater, ut ingredientium & exredientium pro volutus genibus dicas; ora pro me Pater, quoniam peccator sum. Sic autem ille obedivit sicut Angelus Domino. Itaque cum septem annos illic peregisset, & ad profundissimam humilitatem pervenisset, voluit Pater hunc Fratribus connumerare, & ut reverà dignissimum etiam ordinatione honorare. Verum ille plurimis multorum precibus apud Patrem egit, ut ibidem illum sinneret, sicut hætenus fuerat, degere, cursumque suum perficere. Quod & factum. Nam cum in ipso ordine illum permanere Magister permisisset, post decimum diem gloriosissimè migravit ad Christum. Cujus Sanctitas, ut omnibus constaret, prophetiæ Spiritu suo socio ad januam prædixit, post septimum diem à morte sua illum secuturum. Quod & factum est.

29. Porro ne quis à recta obedientiæ semita aberret bene annotare aliqua debet pro majori dictorum intelligentia. Imprimis ergo generaliter dicendum est, quod subditus teneatur obedire suo Superiori non tantum cum justa præcipit, quod certum, sed etiam cum dubium, quia in dubio præsumi debet pro Superiore, qui est in possessione imperandi & præcipiendi. Et quamvis nemo cum dubio practico agere possit, tenetur tamen subditus tale dubium practicum in materia obedientiæ deponere, ita Molina. Verum si certò constaret, injustum esse vel peccatum etiam tantum veniale, vel in damnum proximi injustum cessurum, quod mandat Superior, aut ex quibus vel extra vel in Conventu, perniciosum esset, ipsi obediendum haud foret, tunc enim haberet locum illud Actorum, Obedire oportet DEO magis quam hominibus. Ne verò subditus per nimiam sui iudicii confidentiam in aliquo aberret, ut melius fecerit, si consilium quorundam seniorum requisiverit. 2. Si cuiquam à Superiore tale officium vel aliud injungeretur, ex quo notabile detrimentum vel corporis vel Spiritus, aut periculum offensionis divini incurrere posset, debilitatem suam Superiori manifestare debet, cumque submissè rogare, ne quidpiam tale sibi imponeret. Si verò nullum aliud impedimentum inde eveniret, nisi aliqualis abstractio in exercitiis piis, præstat obedientiam facere, quia valde pium exercitium est obedire suo Superiori.

30. Tandem quod bene notandum, est, quod votum obedientiæ tunc solummodo temporis meritorum sit, quando aliquid injunctum à Superiore ad laudem unicam DEI, non verò ex naturali carnis inclinatione, præstatur; ex quo sequitur, si quis meritum habere vult, protestari coram Deo debet, quod opus commissum non ex affectu sensuali, sed ad meram DEI laudem, & observandam obedientiam Superioris sui subire velit. Hinc S. Gregorius naturam obedientiæ describens ait: Debet obedientia in adversis ex suo aliquid habere (magnam animi alacritatem, amoremque parendi) & in prosperis ex suo omnino nihil habere, quia non propter delectationem propriam, sed ob solam DEI voluntatem admittenda & amanda sunt. Quæ omnia exemplifico, ut si verbi gratia, quispiam subditus à suo Prælato extra Monasterium ad prandium sæcularium, aut ad similem æquivalentem relaxationem mitteretur, ad quæ homo secundum suam naturalem inclinationem propendet, & quæ non rarò tepiditatem Spiritûs in animam introducunt. Tunc imprimis absque omni perfectæ obedientiæ detrimento poterit Superiorem submissè & reverenter rogare, quatenus se ab hujusmodi recreatione exemptum habere dignaretur; sed si Superior huic petitioni non acquiesceret, sed supplicentem etiamnum ad hujusmodi exitum mitteret, tunc si ex obedientia missus, obedientiæ meritum in simili casu reportare discupiat, neque fervorem Spiritûs amittere velit, duo diligenter observare debet. Primò quidem ut jam dictum, debet protestari coram Divina Majestate se non velle hæc mandata Superioris carni grata exequi ob sensualem inclinationem, sed purè ideo, quia præceptum est. 2. Ut in ipsa hujusmodi relaxatione modum debitis seryet, videlicet, ut nec propriæ nec alienæ conscientiæ tranquillitas, nec devotionis ardor, nec Religiosa modestiæ nitor ullum patiatur detrimentum, observando etiam diligenter leges temperantiæ, tantùm scilicet cibi & potûs sumere, quantum sufficere videtur ad explendam Superioris voluntatem.

31. Ne verò quis putet hoc commentum esse vanum, docuit id expressè S. Noster Nicolaus de Tolentino, non quidem verbo sed Exemplo. Cùm enim sanctus Vir ob quotidianam vitæ austeritatem morbum periculosissimum contraxisset, seriò cum ad esum carniùm sunt adhortati. Sed cùm eum flectere non possent, Præfectus cœnobii viri periculo permotus, capitei, ut carnes comederet, suadere, at Nicolaus se omnibus modis, excusavit. Itaque advertens cœnobiarcha, se eum à Sententia deducere non posse, Generalem Antistitem, qui tunc forte Tolentini aderat, rogavit, ut reluctantem ad esum carniùm adigere vellet. Cùmque ægroto Generalis præcepisset, ut medicis obtemperaret, non est ausus ejus auctoritati refragari, quare se facturum, quod jubebat, pollicetur. Parantur igitur carnes, quarum particula ab eo libata: En, inquit, feci quod jussus sum: Hinc precor hæc gulæ blandimenta auferte. Videat ergo nunc aliquis, quod nequaquam obedientiæ repugnet, in similibus appetitui sensuali arridentibus se non

L. 35.
mor. c.

13.

prom-

promptum ac alacrem exhibere; Quomodo enim non reluctavit S. Nicolaus, qui tam obediens erat, ut tota Augustiniana familia de eo cantet, Nicolaus verus Christi Pauper, Obedientiam jugiter servans. Quod vero idiplum DEO placitum fuerit, indicat siue ullis pharmacis paulò post recuperata sanitas. Verùm si cuidam non videretur consultum se in his occasionibus sic mortificare, ne ab aliis notaretur, & pro viro mortificato haberetur, talis poterit relicto posito medio aliud arripere, ne in similibus obedientiæ meritum amittat, scilicet, ut pro hujuscemodi carnis blandimentis certa postmodum mortificationum exercitia nemine advertente subeat, v.g. vinum unâ aut alterâ vicè relinquere, aut pitantiâ carere, vel simile quid; tali enim modo efficiet, ut quando Superior ei aliqua secundùm suam naturam appetitui placita imperabit, non erunt ne quidem carni grata similia mandata, utpotè mortificationum aculeis involuta. Facem nobis in hac materia præluceat S. Macarius Alexandrinus, qui, cum nonnunquam Congregationi Patrum adesset, ab illis sæpè rogatus, ut non nihil meri libere dignaretur. Quibus S. Macarius tandem acquievit, ne inhumanior videretur, atque unum alterumve calicem vini plenum à Patribus oblatum evacuavit. Sed deinde tot dies se siti cruciabat sic, ut nec aquam degustaret, quot vini caliculos sumpsisset; Porro ejus Discipulus, hoc animadvertens, Patribus factum sui Magistri patefecit. Quare hi de cætero, ne viro Sancto occasionem tanti cruciatûs subministrarent, ei nil vini obtulerunt. Item Venerabilis noster Joannes à S. Guilelmo, si quandoque apud sæculares cibum sumere cogeretur, in reditu postea tot verberibus & disciplinis corpus suum castigabat, ut undique sanguis efflueret; Quare socii ejus instanter eos deprecabantur, ne imposterum eum invitarent.

In ejus
Vita.

In ejus
Vita.

32. Porro, si hanc doctrinam nostram plures ex Religiosis tenerent, haud tam miserè sub specie obedientiæ in varia vitia præcipites irent. O quotquot ego ipse novi, & utinam non noscerem, qui sæpè sæpiùs à suis Superioribus foras missi sunt, siue varia negotia ex obedientia pertactaturi, siue cum quibusdam notis sæcularibus manducaturi, aut conversaturi aliquorum negotiorum causâ, & nihilominus per similia jussa ad magnam laxitatem venerunt sic, ut chorum, reliquaque Religiosæ observantiæ exercitia velut monstrum fugerint. Et undè hæc? profectò non obedientia, quæ negationem gratiæ minimè, bene autem ejus augmentum meretur. Undè ergò? Hinc quia ea, quæ nunc diximus minimè observarunt, undè factum, quòd hæc Superioris mandata ex proprii commodi causâ magis, quàm ex obedientiæ virtute peregerint, idè pœnam potiùs quàm gratiam meruerunt. Ex quorum classe censentur & illi, qui in odiosis Superioris præcepta velut surdi prætereunt, in favorabilibus vero exhibent se obedientissimos ad implendas Præpositorum voluntates. Hinc omnimodè student, ut hæc eis imponantur, quæ ipsis arident, arbitantes sic facili modo obedientiæ præmiùm consequi. At tales meritò irridet melissius Bernardus, dum ait: Quisquis vel apertè vel occultè satagit, ut, quòd habet in

S. Bern.
de tribus
ordin.
Eccl.

volum.

Voluntate, hoc ei Pater spiritualis injungat, ipse se seducit, si fortè sibi de obediencia blandiatur: neque enim in ea re ipse Prælato, sed magis ei Prælatus obedit: hæc S. Bernar. Cæterùm de obediencia circa acceptanda Congregationis officia poterunt videri ea, quæ diximus folio 192. §. 18. & 19. Igitur mi chare frater hæc de obediencia tractasse sufficit. Vale.

S E R M O

D E

Inobedienciæ Scelere.

Peribitis, si inobedientes fueritis voci Domini DEI vestri, Deut. 8. v. 20.

1. **Q**Uàm enorme scelus sit inobediencia, colligitur ex gravitate pœnæ, quam DEUS inflixit iis, qui præceptis suis obedire detrectarunt. Hinc S. ille Prophetæ, qui omnia à DEO sibi mandata executus fuerat contra Jeroboam Regem, quod à Pseudopropheta seductus manducasset in illa terra contra Dei præceptum, à leone dilaniatus est, ut pateat, quanto opere Deus inobedientem detestetur, cum eam tantâ severitate puniat etiam in intimis suis amicis. Enormis fuit inobediencia Jonæ, quando contra Domini mandatum de Ninivitis adeundis navigavit Tharsum. Sed ecce, quanta mala causat inobediens, Jonæ enim peccato omnia turbata sunt. Totam eomunitatem turbat inobediens, & qui nescit morem gerere contradicit omnibus. Non sustinuit terra Core, Datban & Abiron, sed ipsos vivos cum tabernaculis eorum, & conjugibus, liberisque simul in rebellionem consentientibus deglutivit. Protho-Parentes nostri per inobedienciam peccatum & mortem in mundum invexerunt, totamque suam posteritatem ærumnis maximis a fecerunt, seque paradiso fecerunt indignos: si ergo inobediencia eos ex paradiso terrestri ejecit, quomodo inobediens paradysum ingredietur celestem? Propter id crimen uxor Loth conversa est in salis statuam: quæ homo videtur, sed non est, sic etiam Religiosus inobediens videtur Religiosus, cum tantum sit Religiosi statua. Porro percontrari libet, cur DEUS hanc inobedientem mulierem in salis & non alterius materiæ statuam convertere voluit? Respondet D. P. Augustinus, quod ideo in salem conversa sit, ut DEUS fidelibus quoddam præstaret condimentum, quo sapiant aliquid, unde aliquid caveatur exemplum. Propter hoc peccatum fuit Saul privatus regno, quia Amalechitas omnes non interemerat, prout DEUS mandaverat. Populus Israeliticus ductus est captivus in Babylonem propter inobedienciam, ut liquet ex Jeremia c. 34.

2. Hæc & plura alia ex sacris historiis exempla adduci possunt, quæ DEUS certè non aliam ob causam nobis manifestare voluit, nisi partim ut intelligamus in-

Z

obe.

L. 3. Reg.
c. 13.

Jonæ 1.

Num. 16.

Gen. 3.

L. 16. d.
Civit.
c. 20.

I. Reg. 15.